

seiner seit etwa 1450 auftretenden chronischen Krankheiten Husten und Gicht:

Non est, cur tibi notum hominem describamus, dicere tamen aliquid posteritatis causa non dedecet. Statura³⁶ eius brevis et vocabulo familie consona, corpus gracile, caput ante dies canum, delicate manus, parvi pedes, facies senior annis. Neque trux neque mollis aspectus, sepius hilaris quam tristis, eloquencia ex tempore mediocris, ex consilio limatior. Vir patiens laboris fuit, sitim ferre famemque potuit, frigori tamen extuique succubuit. Robustam ei naturam deus dederat, at illam longa itinera, crebri labores, frequentes attriverunt morbi, quorum familiarissimi tussis, calculus ac demum podagra fuit.

An die Beschreibung der äußeren Erscheinung schließt sich ein Charakterbild an:

Gulam et avaritiam calcavit. Pecuniarum quantum corrasit, tantum erogavit; neque habundavit auro neque caruit. Cibus raro apparari sibi iussit; quod venit in mensam, hoc edit, vini commendator magis quam potator. Aditu facilis, verborum parvus, invitus petita negavit. Mendacium odivit, iniuriantibus libens pepercit, iram³⁷ facile collegit, facilius posuit. Cruciatu etiam in brutis horruit. Amicitiarum tenacissimus, nullius innuit (sic; inivit?) benivolentiam, cuius postea penituerit. Elegit amicos, electos amavit.

Das Porträt fährt mit der Profilierung Piccolominis durch seine Beziehungen zu Freunden, Förderern und Dienstherrn fort:

In patria amici fuerunt³⁸: Marianus Sozinus utriusque iuris clarus interpres, Franciscus Patricius orator, Georgius Andreucius iurisconsultus; in Mediolano³⁹: Johannes Campisius insignis philosophus, Jacobus Bosius nobilis adolescens; in Basilea⁴⁰: Petrus de Noxeto, quem nunc Romane curie patrem appellant, Nicolaus

36) Vgl. zum Folgenden Horaz, Ep. I, 20, 24: *corporis exigui, praecanum, solibus aptum*.

37) Vgl. zum Folgenden Horaz, Ep. I, 20, 25: *irasci celerem, tamen ut placabilis essem*.

38) Die Freunde in Siena: Mariano Sozzini, Francesco Patrizi, Giorgio Andreoccio.

39) Die Freunde in Mailand: Giovanni Campisio, Jacopo Bosio.

40) Die Freunde in Basel: Pietro da Noceto, Niccolò Amidani, Stefano Caccia, Francesco Bosio, Andrea Panigali, Stefano Peregallo, Jacobo Cerverio; *Arnoldus Theutonicus* und *Iulianus Romanus* verstarben in Basel an der Pest, wie im chronologischen Teil mitgeteilt worden war; vgl. Pius, *Commentarii* I c. 9 (wie Anm. 24) S. 40 f.